

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des **Mittelalters**.



Vierter Band.

Mit einer photolithographischen Tafel.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1879.

IX.

Handschriften

in

Englischen Bibliotheken.

(Beilage zu dem Bericht über die Reise nach England)

Von

G. Waitz.

Die folgenden Nachrichten über in England befindliche Handschriften, sind grossentheils von G. H. Pertz auf verschiedenen Reisen, meist in den ersten 60er Jahren, gesammelt, mitunter zweimal dieselben Codices von ihm untersucht. Dazu kamen Nachträge von Pauli, Liebermann und mir, die mit den Anfangsbuchstaben bezeichnet sind. Ich habe sie in weiterem Umfang als ich früher beabsichtigte (oben S. 14), von den Katalogen getrennt, da ihre Einfügung diese zu ungleichartig gemacht, auch manche interessante Nachweisung sich vielleicht der Aufmerksamkeit entzogen hätte. Auch die Kataloge sind zum Theil von Pertz extrahiert; die neueren habe ich, soweit sie mir zugänglich waren, verglichen und manches ergänzt, was irgend Interesse für Deutsche Geschichte und verwandte Disciplinen zu haben schien. Wo in den Monumenta bereits nähere Mittheilungen gemacht, ist auf diese verwiesen, auch sonst, was anderweit erledigt, hier weggelassen, oder was an näheren Nachweisungen zur Hand war, angeführt. Bei dem weiten Umfange der hier zusammengestellten Literatur konnte es aber nicht die Absicht sein, allen inzwischen stattgefundenen Benutzungen oder Nachrichten über entsprechende Handschriften anderer Bibliotheken nachzugehen. Manches wird auch jetzt noch neu und nützlich sein.

G. W.

Nachrichten über einzelne Handschriften.

(Fortsetzung zu S. 42)

6. Alte Handschrift des Sigebert.

Die Handschrift des Brittischen Museums Addit. 42145, aus Stablo stammend, enthält eine Handschrift des Sigebert, die zu den ältesten und wichtigsten gehört, die erhalten: sie steht zwischen 1 und A in der Mitte. So sind:
nach 688 wie in 1 3 halbe Zeilen ausradiert (die in A erhalten sind).

762 ist die Stelle 'Turci — infestant' vorhanden, die in A fehlt.

829 — Obiit sanctus Sturmi primus Fuldensis abbas (= A, in 1 radiert).

914. findet sich der Zusatz von A: Hoc tempore — solveret annuatim census 12 denarios (S. 346 N.).

954. 962 = A.

972. Nothgerus.

973. Vindichinus.

1064. am Ende die Stelle in der Note d = A.

1067. Romae duobus — repudiatur fehlt = A.

1088. In Hispania rex Gallicie Amsul Sarracenos etc.

Odo ('vel Odardus' von derselben Hand? darüber) ex monacho Cluniacensi.

1092. Guuillelmus rex — Guillelmus filius, der ganze Text ist vorhanden, der in A fehlt. — á Fresionibus.

1099 = A.

p. 369 l. 42 voluntati indiscretæ p. 371 l. 20 si confiterer omnia fehlt (f. 67). Dann folgt der Text gleich A in der Note c bis 'amen' und weiter fort: Rom. Franc. Angl.

Imperatore Heinrico morante Leodii filius eius Aquisgrani venit u. s. w. (Visatum . . . á ponte . . . dimersis obpugnatur).

Note d = A, mit folgenden Abweichungen: p. 372 l. 46 priori quoque sepulchro perstreperent eum debere restitui. l. 47 vix potuerunt ab hac intentione reprimi. l. 51 messem proventuram. p. 372 l. 2 filio imperatoris dedit.

1107. Aquisgrani — oppidum — irrupit — deterruit —
l. 9. cum filiis suis fehlt.

1108. utrimque simulato magis.

1109. — filius eius succedit. (= A). IIII . I . X . X .

Diese Zahlen des Jahres 1110 noch von derselben Hand.

Der Text des Jahres 1110 fehlt (= A).

Dann von anderer Dinte und Hand: V. II. XI. XI.

Heinricus quintus etc. l. 34 qui primus fehlt. n. e)
per baculum (= A).

p. 373. l. 2. — eos proterebat. VI. III. XII. XII (Ende
des f. 68).

Auf dem folgenden Blatte wieder: VI. III. XII. XII.

Quod vel quomodo inter papam etc. p. 373. l. 3. — l. 15.
cortes — l. 29. distributionem — l. 33. petiit papa — l. 37.
adimplere — l. 40. heresi.

p. 374. l. 1. dampnatis — milicia — incendiis homicidiis
exibeatur — l. 3. á regibus omnia ad regnum — l. 10. feria
fehlt. — domnum — l. 13. episcopi principes — Domnus —
l. 20. numero XV. Heinrico rege in imperatorem coronato, post
lectum e. t. ei papa — l. 24. H. Teunicorum — l. 34. acci-
piat fehlt. — l. 51 indictione IIII.

p. 375. VII. IIII. XIII. XIII. Deo — monte Casin loco.

l. 10. Tumultuante autem impetu — l. 11. ipsa fehlt. —
l. 15. siligines (NB. Druckfehler in M. G.) — 16. valitudo —
sciencia.

1113. cui loco Anselmus octavo loco.

— Prumiae arsit cum — Bracba ē si — l. 34. prevalentes
adversus eam — l. 35. Thabet — l. 38. potuit uno mense.

R. F. A. H.
VIII. VI. XV. XV.

1127 Ende. In pago Comacensi etc. andere Hand als die
seit 1111, welche fol. 68' zuerst feiner, aber schon fol. 70' und
71 gröber wird und bleibt; von 1127 Ende bis 1131 Ende 'sanctae
Mariae' eine etwas reinere, bessere Hand, durchaus ohne
Jahre Christi anzugeben.

Anselms Text kann wegen der Missverständnisse und Fehler
(mens Thabet, monte Casin loco) nicht Original sein ¹⁾, wohl aber
Abschrift daraus, sowohl in dem Theil Sigeberts wie in Anselm.

Codex A wird hieraus an einigen Stellen verbessert.
Abweichend von allen Handschriften ist das 'fil. imperatoris'
p. 372 l. 2.

1) Dagegen sprechen aber das Wechseln der Hände und die Correc-
turen. Schreibfehler sind auch in Originalen nicht selten. Die Hs. ist
jedenfalls für die Kritik des Sigebert von grosser Wichtigkeit. G. W.

7. Ueber eine Sonnenfinsternis im J. 1133.

Die Hschr. des Britischen Museums Add. 20,696 enthält von gleichzeitiger Hand folgende später eingetragene Stelle:

Anno incarnationis dominicae 1133, 4. Non. August. facta est eclipsis solis, circa sextam horam. Ipso quippe sole a mane usque ad illam horam rubicundo ac turbulento, paulatim quasi per totam quintam horam universa vastitas aeris coepit tenebrescere, sole tamen acsi per nebulam adhuc lucente. Tum omnium haec intuentium clamor fit in coelum, universae aetatis, utriusque sexus fuga paratur, qui in agris aut silvis erant corruerunt, diem extremam has tenebras sequi in commune timetur. Iam enim solis splendore in nigerrimum orbem mutato, stellae clarissimae videntur, nocte vera tenebris crassantibus universa obducuntur. Tandem multis desperatis tamquam aurorae lux sensim coepit splendescere, sicque reddita die, mortales mortali redduntur vitae. Quod cum a nonnullis pro sola eclipysi duceretur solis, nos forsitan timore correpti, signum in sole factum esse suspicati sumus, praesertim cum, ut verbis beati Ieronimi utamur, defectus solis numquam nisi in ortu lunae fieri soleat. Plinius vero in libro naturalis historiae solem luna subeunte repentinas dicit obduci tenebras, set cum in scripulis partium congruant syderum motus, hic vero non in nova, set in 27^a luna, non repente, set paulatim, non in eadem mediana linea sole et luna coeuntibus, proximis soli stellis, utputa Canicula, Orione, multisque aliis radiantibus, haec quam diximus eclipsis solis est facta. Sanguineus tamen color quid in proxima lunae eclipysi portenderit, in incomparabili nostri temporis ignis incendio experti sumus, ac per hoc de eodem in sole colore securi esse non possumus. Si autem opponitur, hoc anno propter saltum lunae majorem ipsam lunam videri in accensione quam computatur, ac per hoc in 27^a luna primam haberi, vix concedimus, maxime cum necdum circuli decennovennalis terminus adeo instet, ut eandem lunae passionem per dictum saltum tantum accumulet. Querendum tamen est ab illis qui nos securos in hujusmodi terroribus facere nituntur, quo ordine, quo tempore verba Domini impleantur, ubi dicit: 'Erunt signa in sole et luna et stellis', et: 'Sol convertitur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et terribilis'. Si verba haec prophetae mystice sunt accipienda, Domini etiam quomodo non ad litteram accipiantur, non videmus.

8. Chronik des Johannes de Deo.

Dies bisher kaum bekannte Werk findet sich in der Handschrift des Britischen Museums Add. 19905, mbr. saec. XIII. fol. min. Quaternionen, mit rothen Buchstaben und Strichen, die 4 ersten Blätter eines jeden bezeichnet $a \ a \ a \ a$

— = ≡ ≡

und am Ende des Quaternio unter die folgenden Worte des nächsten, z. B. *Luçius primus* *b b b b* (das *c* vor *e* und *i* jedes-

mal *ç* geschrieben, um die Aussprache zu bezeichnen).

f. 1 'Cronica Romana composita manu magistri Johannis de Deo Yspani, ex multis cronicis et potissime de cronica Romana composita ab episcopo Cremonensi' (d. i. Sicardus).

'Principio nostro sit praesens virgo Maria. Hec est cronica Romana composita ad honorem summe Trinitatis per manus magistri Johannis de Deo, Yspani, ex multis cronicis et potissime de cronica Romana composita ab episcopo Cremonensi; in ea enim succumbat falsitas et elucescat veritas. Quatuor preter formam cronicæ usualis continet in se ipsa. Primo omnes provincias et omnes distinctos episcopos, et quis cui subjaceat declaratur. Secundum est canonum concordancia (fol. 1') collatione temporum approbata. Tercium scire, quod unusquisque pontificum suo tempore fecit vel etiam ordinavit. Quartum qualiter decus ecclesie inter turbines subcreverit et procellas, sine cujus noticia nemo perfecte poterit canonum dissonancia concordare.

Jhesus Christus filius Dei vivi in anno quadragesimo secundo imperii Octaviani Augusti, qui imperavit annis quinquaginta sex, in Bethleem Jude ex Maria virgine natus est' etc.

Die Erzählung schliesst f. 46':

'Celestinus tercius natione Romanus cepit anno Domini 1190, sedit annis novem. Tusculanam civitatem ab imperatore recepit et Romanis dedit, qui eam destruxerunt et multos excaverunt. Sub quo rex Anglie et Francie iverunt ultra mare et partem Terre Sancte liberaverunt, et liberassent totam, si pax fuisset inter eos. Tunc temporis fuit abbas Joachim, qui spiritum prophetandi habuit. Qui librum de Trinitate composuit, et misit eum Romam emendandum. Et licet male sensisset, tamen dampnatus non fuit, neq̃ eius monasterium. Set tamen liber per Innocencium tercium in concilio generali dampnatus est. Extra. Eodem. Dampnamus.

Innocencius tercius cepit anno Domini 1198, sedit annis decem novem. Iste fuit vir probus et fortis, dicens se habere utrumque gladium, scilicet temporalem et spirituale. Et deffendit Ffredericum puerum regem Apulie et Sicilie. Primo consecravat Octonem, et eum postea deposuit propter ejus maliciam et superbiam, et Ffredericum pupillum imperatorem fecit, quem filium nominavit ecclesie. Et Grecos subjugavit cum Constantinopolitana ecclesia. Et hereses et hereticos destruxit cum Hugone abbate Cistrense et in hominibus cruce signatis in auxilio regi Ffrancie, comitis Montis-fortis. Eo tempore bellum magnum factum est in Spania quando aput Muradal. Imperator Sarracenorum devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle,

Navarre et Aragonensium, cum ajutorio Portugalensium. De quibus undecim milia prima acies (so) mortui fuerunt, et ideo christicole obtinuerunt, et cum ajutorio regni Legionensium. Sane iste Innocencius fuit juris professor, et totum jus tam canonicum quam civile sub compendio emendavit in voluminibus terciarum et quartarum decretalium. Iste excitavit omnes christianos ad servitium Terre Sancte. Iste potens fuit in opere et sermone, in tantum quod, si vixisset magis per decennium, totum mundum subjugasset, et tota fieret una fides. Sub isto autem imperator Grecorum et Romanorum amici facti sunt, propter unum caput, scilicet Romanum pontificem, cui serviunt in fide catholica. Nam Romanus pontifex habebat utrumque gladium, quia tenebat locum Dei viventis, a quo utraque potestas data est.

Honorius tercius, natione Romanus, cepit anno Domini 1217, sedit annis decem, mensibus quinque, diebus viginti quinque, vel parum plus; imperante Ffederico rege Cicilie et Apulie et Ierusalem. Honorius fecit concilium, quod ipso jure sunt excommunicati qui faciunt constitutionem contra libertatem ecclesie. Extra. de hereticis. Novit; et quod nullus sacerdos vel prelatus audiat leges, nec Parisius legantur. Extra. Eodem. super specula. Et deposuit episcopum qui Donatum non legerat. Extra. de Qualitate. Licet. Et quod lumen precedat eucaristiam. Extra. Eodem. Sane cum olim. Et ecclesiam Dei in pace gubernavit. Cui successit Gregorius.

fol. 48 Ende. Gregorius nonus natione Campanus de civitate Anagnia¹⁾).

(Diese Stellen entsprechen fast wörtlich denen, die Dove, Doppelchronik S. 149, zusammengestellt hat, ohne das was hier auf Vincenz zurückgeht, sind also ohne Zweifel dem als Quelle angeführten Werk des Sicard entlehnt. Ueber den Verfasser, der als Jurist um die Mitte des 13. Jahrh. zu Bologna lebte, s. Trithemius, SS. eccl. 452, S. 110; Fabricius, Bibl. med. aevi ed. Mansi II, S. 21, und besonders Savigny, Gesch. d. R. R. im M. A. V, S. 465—486, der nach Antonius, Bibl. Hisp. vetus p. 64, eine Handschrift der Chronica in der Bibliothek des Herzogs von Olivarez anführt. G. W.).

Es folgt fol. 49. Incipiunt provincie: Teutonici. Ungari. Gallici. Provinciales. Siculi. Anglici. Yspani. Ultramarini. Apuli. Ytalici.

Isti sunt sub Romano pontifice specialiter: Ostiensis. Portuensis. Sabinensis. Albanensis. Penestrinus. Tusculanus.

In Campania Anagnitus etc., sämtliche Bischofssitze bis: 'in Lidia prima' (fol. 65 Ende); zwischen fol. 65 (66 Bleistift) und 66 etwas ausgefallen; Cardinale | dinalis sancti Adriani, und so bis: 'Diaconus Cardinalis Sancte Agathe'. Zuletzt einige Worte

1) Agnania c.

über die welche der Lateran-Synode —1210 (1216) Nov. bewohnten.

9. Weltchronik aus dem J. 1270.

Britisches Museum Add. 11413, membr. s. XV.

Incipiunt cronice (ausradiert und nicht zu entziffern) ordine sancti Benedicti.

‘Deus ante omnem diem duo creavit, scilicet naturam angelicam’ etc.

Ausführliche Weltchronik. Der Verfasser citiert Isidor, Orosius, Justinus, Elinandus, Comestor, Augustinus, Hugo Floriacensis, Valerius, Eusebius, Esopus, Aristoteles de vegetabilibus et plantis, Bernardus silvestris, Ieroninus, A. Gellius (entstellt Apilleus), Dionysius de prodigiis, Turquilianus, Fulgentius, Plato, Vincentius, Macrobius, Liber de VII mirabilibus mundi, Solinus, Cicero de amicitia, de senectute, Philippica, rethor., Tuscul., de natura deorum, or. pro Marcello; Salustius, Varro de sententiis moralibus, Jacobi liber de infancia Salvatoris, Horatii carm., sermones, Ovidius, Suetonius, Josephus, Johannes Damascenus, Miletus, Antonius libr. III^o, Seneca de moribus etc., Persius, Hamo poeta in christianorum memoria libro IV., Quintilianus, Egesippus, Cassianus, Martiriologium sanctorum, liber de vita Pauli primi herem., Rufinus hist. eccl., Gesta b. Silvestri, liber de cosmographia, Gregorius Nazianzenus, Historia tripartita, Gesta Blasii (Basili?) Cesar. ep., Vita fratrum, Sigibertus, Eraclides libro paradisi, Prudentius de conflictu viciorum et virtutum, Claudianus, Ambrosius, Gregorius dial., Turpinus u. a.

Nach der Geschichte Karls d. Gr. heisst es:

f. 170. ‘Regnavit itaque hujus Pipini progenies usque ad annos Domini 987. Nam exhinc, ut dixi, Ugo iste ¹⁾ Capet regnum Francorum usurpavit, cujus etiam progenies adhuc regnat. Nam post Hugonem regnavit Robertus dictus Cancon (Canton?) filius ejus annis 34. Post quem Henricus filius ejus annis 30. Post quem Philippus filius ejus 49. Post quem Ludovicus Grossus filius ejus annis 28. Post quem Philippus filius ejus, qui puer casu equi culpa porci cujusdam mortuus. Post hunc Ludovicus frater ejus in regem coronatur et regn. annis 15. Post quem Philippus filius ejus 44 annis. Post quem Ludovicus filius ejus ann. 3. Post Ludovicus filius ejus ann. 43. Post quem Philippus filius ejus. ejus anno primo presens opus completum est’ (d. i. 1271).

Später sind vorzugsweise Vincenz und Gerardus de Francheto benutzt. Das Werk schliesst:

f. 197^v. ‘Sequitur de processu contra Fredericum imperatorum. Dicto igitur de Tartarorum gestis et eorum

1) isti Capet c.

proprietatibus, nunc est ad hystoriam redeundum. Frederico itaque¹⁾ condempnato anno Domini 1244, et ex hinc vacante imperio, ab ipso anno usque ad a. D. 1270. tempora vacationis imperii duximus proseguenda, prius tamen omnium imperatorum Romanorum et imperii invasorum annos et nomina a primo, scilicet Julio, usque ad ultimum, scilicet Fredericum, seriatim duximus hic imponenda'. So das Ende; noch auf dem ersten Drittheil der Seite.

Das Werk, offenbar in Frankreich geschrieben, hat in dem erhaltenen Theil für Deutsche Geschichte keinen Werth. (P. und W.)

10. Thomas Ebendorffer de Haselbach *Diarium historicum*.

Die Handschrift des Britischen Museums Add. 22273 ist ein alter schöner Lederband mit Messingbeschlag und Goldschnitt: auf der Vorderseite der schwarze Adler mit dem Oesterreichischen Wappen als Herzschild und der Umschrift: 'Fridericus rex etc. 1431 AEIOV', unten 'Petrus ligator', alles in schönen gothischen Buchstaben. Abwechselnd Pergament und Papier. Die Initialen manchmal von dem Illuminator falsch eingesetzt, z. B. 'Wotharius' statt 'Lotharius', 'Bentzlaus' statt 'Wentz.'. Als Besitzer haben sich eingeschrieben: Joannes Theobald Gallinger 1645, 1677 dessen Tochtermann Julius Frid. Bernard zu Buchsweiler, Pfaffenhofen etc.

Die Vorrede beginnt wie die zu dem Liber augustalis, von der Birk, Acta conc. I, S. xxxvii, einiges mitgetheilt hat. Dies Werk ist aber von diesem noch verschieden, vielleicht eine ältere Redaction. Die Vorrede lautet vollständig:

'Liber primus.

Serenissimo principi ac invictissimo domino Deo amabili Ffriderico tercio Romanorum regi semper augusto, necnon Austrie Styrie Karinthie atque Carniole duci etc., domino suo naturali gratiosissimo, Thomas Ebendorffer de Haselbach, artium et sacre pagine professor, plebanus in Bertoldstorf, orationes indefessas tam debitas quam devotas necnon in zelo justitie parcere subjectis et debellare superbos, prosperari quoque in eo qui dat salutem regibus feliciter et longeve.

Imperavit tua regia celsitudo sub compendio in unum compingere dive memorie Romanorum reges predecessores, qui suis laude dignis actibus, dum in hac vita habenas terreni gubernassent imperii, se dignos effecerunt Christo eterno regi conregnare perhenniter in gloria celesti. Laudo quidem in te, piissime princeps, hoc tam pietate plenum propositum, et dignis effero preconiiis hoc tam pium votum et sanctum desiderium, non ignorans, quod nichil tam principem ad vir-

1) itaque c.

tutes allicit, ad bene agendum in cunctis instigat, ad juste vivendum Deo et hominibus inflamat, sicut mayorum exempla sanctorum, que juste vivendi normam proscribunt et sancte conversationis firmant propositum. Ffacile siquidem princeps, dum suorum predecessorum animadvertit pacienciam, quorundam miratur munificenciam, erga Dei cultum incredibilem huic evo liberalitatem conspicit, et in fascibus positorum tam profundam humilitatem agnoscit, justiciam quoque eciam in suis aularibus deprehendit, dum eciam eorum sollicitudo in amministrandis rebus secundis rei publice tanta ornatur prudentia, et eorum fortitudo semper invicta tanta preconisatur in cunctis modestia, quid aliud in mente magnanimi agitur, nisi ut talibus se parificari studiosius cupiendo inflammetur, ut saltem usque tepidus se ad fortia accingat et preeuntibus se secundus non esse contendat. Testatur hoc idem vere prophetancium auctoritas. Testis et adest Salustius in suo contra Catilinam in fine: 'Sepe', inquam, 'audivi maximum Publium Scipionem, preterea preclaros nostre civitatis viros solitos ita dicere: cum mayorum ymages intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutes accendi, scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adequaverit'. Numquid igitur ab re, celestes senatores suorum successorum suis exemplis laude dignis amplius inflammant animos ad virtutes; ita ut cum eisdem nulla prosperitate inflentur, nulla adversitate turbentur, non innitantur propriis viribus, neque cor eorum recedat a Domino. Inde fiat, ut regnorum fastigiis humili presideant animo. Et tamquam reddituri rationem cuncta pycula pellant et inflammantes cupiditates a se prorsus abscindant, misericorditer condonent quod ex potestate extorquere poterant a subditis, aut juste vindicent in alios forefacta. Sic Asverus, dum annales coram se legi faceret, et in hiis noctem insompnem duceret, et fidelem vite sue custodem Mardocheum infulis in gratiis¹⁾ terrarum extulit, et insidiatorem humilium Aman dignas suis machinationibus penas exolvere fecit. Et quia juxta philosophi sententiam opposita juxta se posita magis elucescunt, dignum arbitratus sum eciam aliorum monarcharum fama notorum ortus et occasus texere, sciens, quia tua regia mayestas variorum negotiorum gravatus sarcina, crebro verbum Dei audire aut in voluminibus nequit agenda et obmittenda lectitare. Ideo ad tue celsitudinis eruditionem hoc presens directorium ex probatissimis olim a me transcursis historiis pedestri stilo censui conscribere, tue in hoc obtemperrae cupiens jussioni. Exordiens itaque presens in duos libros secare volui directorium, quorum primus

1) ingrātiis c.

succincte continebit ortum et occasum monarcharum ante Christi adventum ut plurimum tyrannisantium. Secundum eorum, qui post nativitatem Christi rem publicam Romanorum administraverunt, in quinque thomos delegi secare, ut cicius pateant in eisdem brevi stilo digesta, semper salvo iudicio melius sencientium, pace et salva legentium; plus namque volui in omnibus fide salva alieno intellectui cedere quam contentionibus inservire etc.

Regna quatuor potentissima' etc. (Assyrer, Perser, Griechen Römer).

Lib. II. 'Transcensis jam sub compendio' etc., von Caesars Tod bis Constantin.

Lib. III. 'Nunc ad ea tempora stilus vertendus est' etc., von Constantin bis Nicephorus.

Lib. IV. 'Translato igitur Romano imperio ad Francos' etc. vom Ursprung der Franken, dann Karl d. Gr. bis Konrad I. und Berengar II. in Italien.

Lib. V. 'Pulsantur fortassis nonnullorum animi in hujus quinti libri exordio' etc., von Otto I. (regis Heinrici Theothonicorum filius) bis Rudolf von Habsburg.

f. 112'. Lib. VI. 'Sapientis vulgatum testatur proverbium: ubi non est princeps, totus ruit populus' etc. bis Friedrich III. 1450 — 'conversatus est qui ad sequentem annum instare dicitur'. Die Geschichte ziemlich ausführlich; von Albrecht II. 7 Seiten, zuletzt:

'Epitaphii planctus regis Alberti secundi in suis exequiis 1440.

Planctum sustolle, fletus ad sydera junge,

Capite demisso visus humore fluat' etc.

Von Friedrich III. 7 Seiten.

fol. 145—194. Lib. VII. 'Modernorum mos est brevitae gratulari' etc. Kurze Geschichte Roms und wieder der Kaiser bis Friedrich III. — 'exopto sine fine'.

Im 5. Buche wird erzählt, dass nach dem Tode Konrads sein Heer 'quendam de Ochsenfurt fabri filium nomine Stock plurimum renitentem regem constituerunt, qui clam se ab exercitu subtrahens post octo menses ad paternas incudes reversus est'.

Ausserdem ist eine Stelle (fol. 109') über die Geissler abgeschrieben, die so anfängt:

'Hiis diebus surrexerunt quidam penitentes qui flagellatores dicebantur [quos eciam avus meus protestabatur se vidisse, qui fere in morte centesimum agebat annum', später durchstrichen]. Zu Grunde liegt der Bericht des Hermannus Altahensis (SS. XVII, S. 402), dem aber der Autor mancherlei einschaltet.

So heisst es: 'Erat modus iste penitendi miserabilis et

fletum aspicientibus et compacientibus rovocans¹⁾, durus et ad videndum terribilis, prout ab hiis qui viderunt et a suis maioribus receperunt dum parvulus essem intellexi. Nam dum ad secreta loca devenissent, facie linea veste velata, ne agnosci possint, ab umbilico seorsum se nudaverunt, quadam veste partem inferiorem usque ad talos velaverunt, et bini et bini procedentes aut terni tamquam clerici vexillo aut ymagine Crucifixi precedente, inchoata cantilena eorum, cujus initium usque memoriter tenui, sub valde lugubri melodia sexti ut reor toni:

Trett herzu der püssen welle,
 Lucifer ist pozer geselle,
 Das gottes czoren aufhör auf uns;

et per singulas pausas flagellis, que scorpiones appellantur, se sponte verberantes, corpus sanguine proprio suffuderunt'.

11. Thymonis de Erfordia summa.

In der Handschrift des Britischen Museums Arundel Nr. 240 folgt auf die von Stobbe aus einer Erlanger Handschrift herausgegebene Summa curie regis die Summa des Thymo de Erfordia. Sie beginnt:

Exordium instrumentale. Humane fragilitatis caduca etc. Es sind zuerst Briefe von Gotfridus dei gratia episcopus Herbipolensis, Albertus, Bertoldus, Cunradus, Danyel, Ecko, desgl. fol. 81. Inquisicio contra templarios et iudicio concilii generalis. Clemens episcopus etc. Mogunt. etc. Regnans in celis triumphans ecclesia etc.

fol. 88'. Privilegium Fr. imperatoris super episcopatu et ducatu Wirceburgensi. In nomine etc. Imperialem celsitudinem decet etc. — testibus quorum nomina hic ponuntur, Heinrich, Cûnrat, Lamprecht etc.

fol. 89. Nos Johannes dei gr. abbas totusque conventus monasterii S. Marie in Nuvenstat ord. s. B. Herbip. dyoc.

fol. 90 (im Inhaltsverzeichnis: Explicit tabula formarum curie episcopi). Procuratorium ad curiam Romanam. Sanctissimo — Clementi etc. — A. etc.

fol. 112. Incipiunt procuratoria ac quedam forme alie secundum magistrum Jo. Bononiensem. Primo autem procuratorium ad impetrandum.

fol. 115. Incipit tractatus de commissionibus. Et primo excusacio college. Sapienti viro magistro G. decano Lodoniensi etc.

Der Brief darauf: Godefridus archidiaconus Leodiniensis domini pape delegatus iudex.

fol. 121 kleinere Hand bis fol. 170 einschliesslich. Inci-

1) provocatis. c.

pit tabula super Summam Tymonis (so im Inhaltsverzeichnis). Invocatio filii studentis ad patrem pro subsidio.

fol. 125. Incipiunt negocia civium inter se. Civis civi pro pannis mutuandis.

fol. 127. Incipiunt negocia civium et consulum inter se. Consules ad alios consules pro consilio imperciendo.

fol. 129. Incipiunt formule litterarum pro civium negociis expediendis.

fol. 131. Incipiunt negocia civium et consulum ad milites et nobiles.

fol. 135. Incipit tractatus de negociis militum inter se.

fol. 138. Incipiunt negocia militum ad nobiles.

fol. 143. Hic tractabitur de nobilibus ad milites... et sumentur hic nobiles qui sunt libere condicionis.

fol. 145. Incipiunt negocia comitum inter se.

fol. 148. Incipiunt negocia comitum ad principes.

fol. 152. Incipiunt negocia principum ad comites.

fol. 158. Incipit tractatus principum inter se.

fol. 162. Incipit tractatus litterarum inter nobiles et omnes personas.

fol. 166. Schluss:

‘Der mich geschrieben hat
Der muzze leben an schande not,
Das bitte ich got durch seinen tot.
Albertus Vihberger de Nurenberg’.

Ne — explicabit. Qui scripsit scripta, manus ejus sit benedicta. Explicit summa Thymonis de Ertfordia.

fol. 166'. Incipit modus et instructio dictaminis.

fol. 168'. Incipit tractatus qualiter Johannes papa processit contra Ludovicum regem Romanorum. Johannes episcopus etc. Attendentes quod dum errori non resistitur — incursum. Datum Avione in episcopali pallacio 8. Ydus Octobr. pontif. a. 8º.

fol. 170–177. Tabula.

Für die deutschen Verhältnisse des 14. Jahrhunderts reichhaltig; besonders Würzburg, Landgraf von Hessen, Augsburg, Fulda werden berücksichtigt.

(Eine andere Handschrift findet sich in Wien, Arch. X, S. 499, wo Wattenbach die Vermuthung äussert, dass die Briefe erfundene seien. Rockinger in seinem Werk über die Formelsammlungen, Quellen und Erörterungen IX, hat diese nicht berücksichtigt).

12. Canonensammlung des 11—12. Jahrhunderts.

Sie ist enthalten in der Handschrift des Britischen Museums Add. 8873 und wichtig durch Mittheilung von Papstbriefen die zum Theil sonst nicht bekannt sind. Es finden sich folgende Rubriken:

Gervasius papa.

Cap. 1. De vidua ab episcopis servanda — 135. De Hostilio comite.

Ex registro Alexandri papae (II).

1. De crimine fratricidii — 88. De convicto in fornicatione symoniaca.

In libro pandectarum.

1. De non vocandis in jus — 47. De puniendis gladio.

In libro Gelasii.

1. De communione Acatii vitanda — 21. De jejunio pentecostes (von mehreren Päpsten, Clemens, Zosimus, Leo, Hylarius). Omelia Iohannis Crisostomi, Ambrosius — 74.

Agustinus.

1. De sacramento baptismi — 122. De mutacione monachi facienda (54. de susceptione septime synodi ADRIANUS PAPA). Dieser Index erstreckt sich aber nur bis f. 122.

f. 123 folgen weitere Auszüge aus Johannes VIII. Briefen.

f. 137. Gregorius II. papa Bonefasio episcopo.

f. 143. Urbanus II. Bonizoni. 'Audivimus unde contristamur, plurimos videlicet tam clericos quam laicos de electione tua in Placentinum episcopatum dissentire, et contra te jurasse. Volumus enim et amamus, si fieri ullo modo canonice et pace ecclesie potest, electionem tuam permanere et quantum in nobis est confirmare'.

Urbanus Her cardinali. 'Si potest fieri ut in Placentino episcopatu permaneat Bonizo, quamvis non ab universitate illius aecclesiae neque a melioribus tam clericis quam laicis electus sit, salva reverencia ecclesiae canonice cum pace laudamus'.

Urbanus M 'Sutrinus¹⁾ episcopus, qui multum in ecclesia laborasse dicitur, si cum pace et cleri populique concordia fieri potest, volumus et pro ejus reverentia desideramus, ut in episcopatu Placentino, sicut olim electus est, sollempniter intronizetur'.

f. 149. Urbanus Gebardo Constantiensi episcopo. 'Qua excommunicationis quaestione tractata, sancti predecessoris nostri sententiam confirmamus, ita eam Domino inspirante determinavimus. Primo siquidem gradu Ravennatem heresiarcham' etc. 'cum Henrico rege' etc.

f. 153. Ex registro Stephani. Teodosio episcopo Orientis.

1) ubtrinus c.

‘Fidelium relatu comperimus, qualiter antecessor noster papa Adrianus te apostolica legatione ad pium imperatorem fungentem Constantinopolim olim direxerit’.

Stephanus Carolo augusto. ‘Triumphos victoriae typicis palmarum figuris conferri vobis apostolorum principum intervenientibus(?) optantes, direximus, cupientes et eorum suffragiis omnium inimicorum vestrorum vobis colla substerni’.

Item. ‘Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur, non modico si attendere libeat debito artamini sanctae matris vestrae apostolicae ecclesiae condolare incommoda, per quam imperii diadema consecuti imperatis omnibus’.

f. 154. Girardo Leodicensi.

f. 167. Lamberto Maguntino.

f. 160'. Ex registro Leonis III. III. Ludovico augusto. ‘Plures homines Gratianus tam ferro ¹⁾ quam aqua fustibusque necare non timuit, et quod his omnibus pejus est, plures ad suam fidelitatem per iurandum constrinxit, et quod nulli, ut bene nosti, licet imperatori aut pontifici perpetrare’.

Item. ‘Igitur cum sepe adversa Saracenorum partibus perveniant nuncia, quidam in Romanum portum Saracenos clam furtiveque venturos esse dicebant, pro quo nostrum congregari precepimus populum maritimumque ad littus descendere decrevimus, et egressi sumus Roma’.

Lothario augusto. ‘Vestram humilem majestatem precamur, ut pro amore sancti Petri ac nostro vestraeque animae mercede Rollandum Arelatensem episcopum, qui umquam ad sacratissima apostolorum limina desiderium veniendi habet, venire sinatis, quatinus vobis iubentibus — revertatur’.

f. 162—170'. Briefe an Lotharius, Ludovicus, Karolus.

f. 171. Honorii pape.

f. 177. Adrianus Karolo regi.

f. 177—180. Ex gestis Francorum. Yemarus Remorum archiep. dixit: Quia pater Karoli regis (aus Hincmari Ann.).

f. 186. Nicolaus papa.

f. 188'. Ex registro (Iohannis?) VIII. Ex registro Stephani VI.

f. 189. Ex registro Gregorii VII. etc.

f. 199. Pascalis pape . . .

f. 202. Ex registro . . . fani papae . . . imperator.

f. 203. Gregorius VII. Rud. duci Suevorum.

f. 205. Eid der Päpste.

f. 210'. noch über Rothadus Suession.

(Nähere Mittheilungen über diese Handschrift und eine vollständige Abschrift hat neuerdings Hr. Edm. Bishop gegeben).

1) fero c.

13. Ueber Stände und Gewerbe in England.

Die Handschrift des Britischen Museums Add. 8167 enthält nach der Summa des Guido (Arch. IX, S. 491) fol. 88—90' von einer Hand des 14. Jahrhunderts folgende in England verfasste, aber allgemein interessante Auseinandersetzung.

Personarum quedam sunt ecclesiastice quedam seculares, et tam harum quam illarum quedam sunt superiores, quedam inferiores, quedam infime. Superiores sunt vero dominus papa, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores. Inferiores sunt vero archidiaconi, decani, officiales, persone, vicarii. Infime sunt presbiteri parochiani, summonitores et simplices clerici. Superiores seculares imperatores, reges, comites, duces, barones; inferiores sunt justiciarii, vicecomites, constabularii, forestarii, viredarii, miles, burgenses, libere tenentes. Infime sunt bedelli, rustici, sutores et omnes officarii, sive ministri sive ministrelli, tam urbani quam rurales. Si superior persona scribat inferiori, superior debet preponi per nominativum casum, inferior postponi per dativum casum. Si inferior persona scribat superiori, superior debet preponi per dativum casum, inferior postponi per nominativum casum. Si autem par scribat pari, ut miles militi, burgensis burgensi, uterlibet potest preponi alii, set causa benivolencie captande in litteris petitionis solet ille cui scribitur preponi per dativum casum. In omni petitione facta superiori vel pari debet petitus pluraliter designari.

De literis vero creditoris primo dicere proponemus, quod creditorum quidam¹⁾ sunt urbani, quidam¹⁾ rurales. Urbani vero vinetarius, pannarius sive drapparius, piscator, carnifex, auceps, pistor, pastillarius, flaonarius, aurifaber, zonarius, cerotecarius, cellarius, allutarius²⁾, cordevanarius, corvesarius, husuarius sive ocrearius, loremarius, pelliparius et consimiles. Et de unoquoque istorum suo loco dicemus.

Vinetarius vinum habeat Andegavense, Gasconense, Francense, Averdense, vinum raspatum et eduarizatum (?), saxifragiatum, pigmen(ta)tum, claretum, exustum, piretum, acetum, siseram, medum sive ydromellum. Item vinitarius vendat vinum per modios, per dolea sive tonellos, per pipas, per sextaria, per dimidium sextarium, per lagenas sive galones, per potellos sive floreos³⁾, per quartas, per pintas, scilicet dimidias quartas. Iterum vinitarius habeat in cellario suo utres, cados, infusoria sive intonellaria, clepsedres sive dusellos, costrellos, alvealos, pulanos, tabulum sive penetralium sive persorium.

1) quedam die Abschrift, die übrigens nicht überall ganz deutlich war. 2) alut. hier die Hs. 3) über f und o scheint g und a übergeschrieben zu sein.

Iterum habeat ciphos aureos sive de murra vel de macera, cuppos cum cooperculis cuppatos.

Pannarius in celda sua vel ad nundinas habeat telas varias et multimodas de vili precio sive de vili foro, et habeat telas de foro cari vel magus (sic). Item habeat telas Angligenas latas, habentes latitudinem duarum ulnarum vel minus vel paulo plus etiam cum lisuris, telas densiores vel spissiores ad capatium faciendum vel magis tenues sive minus spisses et melius vestientes ad robas faciendas. Iterum habeat scarletam, nigram, albam vel virede coloratam, burnetam nigram vel sanguineam, burnetam coloratam, violetam, rugetam, persum, bluetam, wagetam, plucatum, russetum, nigrum vel album. Item russetum de Laycestre vel de Gronia. Item habeat grossum russetum vel minuetum, burellum Londoniense, vel burellum de Beauveis, imperiale russetum, imperiale bluetum, haubergentum album de Stanforde, haubergentum Musset., haubergentum tinctum in viride vel in burnetam vel in bluet. vel in nigrum vel in rubeum. Item habeat album cordium, nigrum grossum vel minuetum, cordicium radiatum. Item habeat griseturum de Totenais de Cornubia.

Piscator, qui hamo vel reti vel lancea, sive piscarius, qui vendit pisces, habeat pisces marinos vel aque dulcis vel limosos sive platias et balenas sive tecesfocas¹⁾, sturgiones, cungrus, pectines sive plaiceros, lupos aquaticos sive luceos, murenas sive lampridas, murenulas sive lampridulas, mecaros sive makerellos, salmones, woïr, conchilia, sperlingos, brenñas, radeas, mocheos, merlingos, tencas, hadoccos, anguillas, gugiones, celliras sive minusas, lochias, candones, verrones.

Maccerarius habeat salsas carnes et recentes, bovinas, caprinas, porcinas, agninas, edulinas, vitulinas, porcellinas; iterum habeat bacones, perrias sive petafulsus. Item habeat carcofia boum, ovium, arietum sive multonum. Item habeat bacones ustos, scaturratos. Item habeat porchinum, pudratum vel in succedio positum. Item habeat lardum, saium unctum porcinum et cepum²⁾. Item habeat vicera³⁾ porcorum vel boum vel ovium et tripas boum vel ovium. Item habeat corea bovina et pelles ovinas. Item habeat secures, quibus excribrie et carnes porcorum dividant et clunacula attavos, unde porcos, oves et boves evicerant⁴⁾ et excoreant.

Auceps sive aucuparius habeat aves silvestres et agrestes et domesticas, marinas vel ripeas. Item habeat ardeas sive airones, cigonios, perdices, geturnices, castrimargios, wodecok plumarios, grues sive cignes sive cleres, malardos, mergites, pavones, auderes⁵⁾, aucas domesticas et alias, scilicet aucas albas, bisas, auculas, capones, gallos, gallinas, pullos, colum-

1) vielleicht corr.: tecefocas.

2) 'p. ovium' corr. 'et cepum'.

3) i. e. viscera.

4) i. e. eviscerant.

5) anseres?

bas, turtura, malvicia. Item capit volucres in visco vel tendiculis vel laqueis vel reti stante vel pendente, ubi (?) omnes volucres et campestres, ubi (?) nisi et alias minutas capi possint, ubi (?) domicilianos sive scingudarios.

Pistor habeat panem azimum et panem furneum et panem triticeum, ordeaceum, sigilinum, avenatum. Item habeat placencia, libia, liba, infungia, panem album, panem frument., panem bultatum, tribatum, saclatum sive temesatum et libia piperata, cokettos. Item habeat pistrinum, furnum sive clibanum confactorem. Item habeat polentridium, rotabulum, item ceotelatam, farinam, florem frumenti. Item coctum in clibano vel in fornace vel in saritagine vel in cratelao.

Pastillarius habeat pastillos de carnibus, de piscibus bene piperatos. Item habeat de ferina¹⁾ sive venacionibus vel carne domestica vel de feris vel de volucris sive de volatilibus, de feris videlicet cerve vel de cerva capta vel dama, leporis lardo, avibus marinis vel silvestribus vel domesticis, que superius enumerantur. Iterum flaonarius habeat opacos artocopos, flaones de ovis pane et caseo compositas.

Wafelarius habeat wafelas vel lagana in ferris vel in furnis decoctas.

Aurifaber habeat opus tam ductile quam fusile. Operatur enim in metallis et in lapidibus. Metallum vero ductile vel fusile est, scilicet lapis scruptilis tantum operatur. Si quid in auro, in argento, cupro, [vel ²⁾ trisurat] stagno auritallo. Item habeat opus concavum vel solidum, planum vel planatum, inpressum vel insculptum. Item faciat calices, plateas, obas, justas, coronas, pelves, ampollas, fioles, filatria, cruces aureas vel argenteas, vel de ligno braccis sive saminis³⁾ auri vel argenti cooperato: candelabrum, coclearea. Item habeat ciphos de macera cum pede aureo vel argenteo et superius aureo vel argenteo circumdatos. Item habeat cupas cum cooperculis et ciphos planos. Item habeat crateres vel crateras cum trisuris vel planos vel sculptos, scutellas perapsides, salsaria et salleria. Item faciat anulos, firmacula, monilia, catenas, membra zonarum. Item habeat folliculos, forcipes, inclinn., malleos et totin. ad metallum purgandum et mola ad aciem ferro conferendam, pedem etiam leporis et corte ad gramina metallorum colligendum et expurgandum. Habeat etiam vasa varia et minuta, aurifragium, filum argenteum, tabellam oblitam ad flosculos protrahendos.

Cutellarius faciat varios cutellos, clunacula venatorum, artavos scriptorum vel dolatorum. Habeat mensacula, sive cutellos ad zonam pendentes, cutellos etiam planos. Item faciat novaculas sive rasoria, forfices, cesuras etc.

Zonarius habeat zonas de cerico lino, vel de coreo,

1) farina vielleicht corr. ferina. 2) v. t. am Rand. 3) laminis?

scilicet nigro, rubeo vel albo, plusculas de ferro, cupro. Item habeat planas zonas vel barratas sive membratas membris rotundis vel quadratis.

Cerotecarius habeat cerotecas grossas, messoribus et fossoribus aptas, minutas ad opus non laborantium, opere scilicet manuali, servili ad cardanos et spinas trahendum vel colligendum. Item habeat cerotecas duplices et singulas, pilosas vel planas. Habeat cerotecas magnas et duplices ad opus falconarii. Item cerotecas laneas et inconsutiles desuper et totum contextas.

